



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

v Quid si vinum calici impositum sit dispositu[m] ad corrupt[i]o[n]em

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34702**

## Capitulum

tur prius extrahat partem hostie missam in calicem. et reponat sup patenam. et faciat cu liquore vt prius Imponatq; vinum cum aqua. et psecret sanguine reincipiendo vt supra. Et vbi facienda sunt signa super calicem cum hostia anteq; dicat et etia d: cu d: Pax dñi etc. faciat signa illa absq; hostia sup calicem. In ceteris procedat more solito. tandem sumat partem hostie humectata et postea sanguine et missam pficiat vt consuetum est. Sed si liquore illum sumere inceperit et adhuc in ore teneat vel partim degluterit. dumodo pars hostie in calice remanserit emittat discrete ex ore in aliud vas. et extrahat partem hostie. et agat cum liquore et ceteris vt in casu precedenti. Si aut etiam partem hostie in os susceperit. non tamen adhuc transgluterit. discrete et caute totum emittat ex ore in calicem deinde extrahat partem hostie vel particulas eius. si in particulas resoluta fuerit. et faciat in ceteris vt supra. Si vero partem hostie cu liquore sumpserit. tunc nisi graue scandalum timeatur apponeda est alia hostia psecranda. et calix cum vino et pane pparandus. et reincipiendum est a canone. et vtriusq; psecrandum atq; sumendum. sed si graue scandalum timeatur ex appositione noue hostie. tunc pparetur calix cum vino et aqua et incipiat ab illo loco sibi modo. et pcludatur cum istis verbis (hec quoscunq; feceritis in mei memoria facietis) et statim sanguis sic psecratus sumatur. Hec obstat in istis casibus solutio ieiunij quia pceptum de pfectione sacramenti maius est q; pceptum de ieiunio. vt supra dictum est. In omnibus etiam dictis casibus cum tali cautela et discretionem agendum est. vt quantum fieri poterit scandalum euitetur. Unde neq; hostia neq; calix iterato eleuari debet si prius facta fuerit eleuatio.

iiij  
Solo.

Quid agendum si impositum sit vinum corruptum. Quia vinum corruptum speciem vini atq; substantiam amisit sicut mutatio accidentium demonstrat. ideo non est consecrabile. Cum ergo precipitur esse corruptum aliquo modo expressorum in precedenti dubio agatur tunc vt ibidem expositum est.

Dubium

iiij  
Solo.

Quid agendum si vinum non sit impositum calici. neq; aliq; alius liquor sed dimissus sit vacuus.

Qua cito precipitur imponendum est vinum aqua mixtum et vltterius procedat. Si aut vinum haberi non possit et fuerit ante consecrationem panis. tunc missa deferatur imperfecta. Si vero psecratio panis facta sit procedatur in missa. vt circa secundum dubium huius articuli clarius expositum est.

v

Quid agendum si vinum sit dispositum ad corruptioem. non tamen corruptum est. vt si acefeat vel si sit pendulum aut fetidum vel immundum. aut alium consimilem habens defectum.

Solo.

Si precipiatur ante psecratioem calicis. remoueat et apponat vinum aptum si haberi possit. Si aut haberi non possit. vel si precipiatur post consecratioem procedatur et perficiatur officium.